



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Piae dispositiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- Notes deputati ab Episcopo, cui in ordinatione promiserunt obedientiam.
- 4 Episcopus tenetur curare ministros Sacramentorum, etiam si multum debeat expendere. *Bannes 2.2. quæst. 33. art. 3. dub. 4.*
 - 5 Potest vendere bona Ecclesiæ in hanc causam. *idem ibid.*
 - 6 Eucharistia non debet ministrari cum instrumento. *Acta Mediol. Eccl. de cura pestil. ca. 15. nu. 2.*
 - 7 Alij concedunt cum cochleari argenteo. *Venerus in Exam. Episc. lib. 4. cap. 6. num. 46.*
 - 8 Vngi posse infirmum cum argentea virga, docet Nald. *Sacramentum num. 7. in fine.*
 - 9 Potest Episcopus cum consilio sui Capituli, & Theologorum, & Medicorum dispensare, ut omnes tempore pestis in Quadragesima comedant carnes, & profuit Panormitanis. *Anno 1625. Nau. consil. final. de obseruat. ieiunij cit. à Venero sup. num. 53.*
 - 10 Missæ celebrari possunt extra Ecclesias. *Acta Med. Eccl. loco cit. cap. 13. nu. 6.*
 - 11 Vestibus uti poterunt ministri breuioribus. *ibid. cap. 15. nu. 2.*
 - 12 Plura de cura Pestilentiæ. *ibid.*

ADDITIO.

- 1 Tenentur Parochi residere, Decreto Greg. XIII. 10. Decem. 1577. *apud Marchinum de bello diu. p. 3. c. 2. n. 13.*
- 2 Et tenentur ministrare Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, saltem per alios. *idem ibid.*
- 3 Non alia Sacramenta, si cum maximo vitæ periculo. *ibid. nu. 4.*
- 4 Tempore magnæ Pestilentiæ valde fauientis, cessant omnes casus reseruari, & omnes Sacerdotes, etiam non approbati, possunt absoluerè. *ibid. c. 3. n. 3. 4.*
- 5 Imò vero etiam coram approbatis, si non approbatus audit prius pœnitentem. *ibid. nu. 13.*
- 6 Quilibet sacerdos, & eo absente Diaconus potest ministrare Eucharistiam peste laborantibus. *ibid. c. 8. n. 4. 5.*
- 7 Nequaquam clericus, neque laicus. *ibid. num. 6.*

- 8 Sacerdos, & Diaconus peste laborantes possunt se ipsos communicare singillatim sine ministerio alterius. *ibid. c. 9. nu. 4. 5.*
- 9 Laicus absente Sacerdote, tempore pestis potest absoluerè à censuris. *ibid. cap. 12. num. 3. & seqq.*
- 10 Personis Ecclesiasticis non potest Princeps prohibere egressum è domo, vel Monasteria claudere. *decisum 21. Ianuary 1631. refert Marchinus par. 4. c. 2. num. 4. in fine.*
- 11 Nisi titulo defensionis naturalis, ne Ecclesiasticus infectus peste inficiat alios. *idem ibid. nu. 6.*
- 12 Neque potest Princeps destinare Monasteria pro Lazaretis, incòsulto Rom. Pont. *decisum 21. Ian. 1631. refer. ibid. c. 3. nu. 31.*
- 13 Nisi periculum esset in mora, & Papa destaret. *ibid. nu. 41.*
- 14 Tenentur Regulares in penuria Sacerdotum ministrare Sacramenta vocati ab Episcopo. *idem p. 5. c. 1. n. 10.*
- 15 Facultas exeundi domo Regularibus datur non ab Episcopo, sed à Nuntio Apostolico, si ibi est. *ibid. c. 3. num. 1.*
- 16 Causa item audiendi confessiones fidelium intra domos eorum, vel ad ianuas, spectat licentiam dare ad Nuncium. *ibid. cap. 4.*
- 17 Potest fieri factum, Missæ, de licentia Episcopi in vijs publicis. *idem p. 6. cap. 1. num. 5.*

Pie dispositiones.

- 1 Executores omnium piarum dispositionum sunt Episcopi. *Trid. sess. 22. cap. 8.*

Pœnitentiarius.

- 1 IN omnibus Cathedralibus Pœnitentiarius instituitur ab Episcopo, cum vnione præbendæ proximè vacaturæ. *Trid. sess. 24. cap. 8.*
- 2 Præbenda vacatura vnienda intelligitur extra mentem Pape, *decisum refert Garz in addit. ad par. 5. cap. 4. num. 127.*
- 3 Portio, quæ sit in Ecclesia, non potest erigi in Pœnitentialem præbendam, sed Canonialis esse debet. *decisum*